

**S. Angelus.** qui insisterant vestigijs Sanctorum Elia, & Elifais & ex Officiis aliorum Sanctorum Ordinis S. Angeli die 5. Maij. in 5. Lect. sic legitur, *Insignem Sanctitatis Virum parentibus suis Elia, & Elifaiso persimilem miraculis Deus similibus illustravit.* Et in Festo S. Spiridonis die 14. Decembris in Oratione dicitur, *Sancti Spiridonis Confessoris, atque Pontificis nos Domine festa tueantur, & sicut ille Religionis à Prophetis Elia instituta Orationibus, ac operibus fuit fidelis imitator.* Et in festo Sancti Avertani die 25. Februarij in 5. Lect. habetur, *Sibi Christum, & magnum Eliam Prophetam sui Ordinis fundatorem in exemplum paupertatis proposuerat.* Et Revelatio S. Petri Thomæ, de qua statim, quæ omnia multoties sunt examinata, & approbata à sacra Congregatione.

**22. Revel.** Tertio à Sanctissima Virgine Maria proprio ore declarata primo ex revelatione facta à Sanctissima Virgine S. Petro Thomæ, ait ei Virgo, *Confidite, Petre, Religio enim Carmelitarum in finem usque sæculi est perseveratura; Elia manque ejus instituitur jam olim a filio meo id impetravit.* Quæ revelatio est authentica in Breviario, & sæpe approbata à sacra Congregatione, & cum Vvadingus Magnus Ordinis Minorum Cronographus præclarus diceret hanc revelationem factam fuisse suo Petro Theutonico pro stabilitate sui Ordinis, & res in dubium versaretur, sacraque Congregatio esset anceps in confirmatione, Deo auxiliante, Virgine Maria patrocinante precibus S. Petri Thomæ inventa est Bulla Innocentij VI. de qua tota rei veritas constabat, sacra Congregatio iterum confirmavit Lectiones S. Petri, inde Vvadingus suam retractavit sententiam.

**23. Joann. 12.** Secundo ex Bulla Joannis XXII. quæ incipit *Ubi culmine* & sic ait, *Mibi flexis genibus Virgo visa fuit Carmelita (id est Carmelitano habitu induta) sequentem assata sermonem: O Joannes, o Joannes Vicari dilecti Filij mei, veluti a tuo te eripiam adversario (scilicet Diabolo) istam gratiam amplam meo Sancto & devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debet preconcedere per Eliam, & Elifaium in Monte Carmelo inchoato.* Perpende ultima verba, quam Bullam confirmavit multi Romani Pontifices Joannis successores Alexander V. qui illam integram in suo diplomate, cujus initium est, *Tenore cujusdam refert, Clemens VII. Paulus III. Pius V. Gregorius VIII.* de cujus magna autoritate multa dicunt Lezana tom. 4. Annal. anno Christi 1322. n. 14. Vineæ Carmeli p. 5. cap. 5. fol. 452.

Quarto perenni, & constanti traditione firmata de qua ait sapientissimus Suarius tom. 4. de Religione tract. 9. lib. 2. cap. 10. in exordio, dicens, *Et valde recepta & antiqua traditio hinc Religionem à temporibus Prophetarum, & signavit ab Elia institutionem suam ducere Originem.* Et tempore Christi ostenditur ex præsentibus lectionibus ab Ecclesia toties aprobatis. Ex Josepho Antiocheno anno Christi 230. in Speculo perfectæ militiæ Christianæ cap. 12. Joanes Jerosolym. 44. floruit anno 444. lib. de Institut. Monach. cap. 2. 3. & 4. & hoc late ostendam infra quæst. Ubi ex gravissimis Authoribus per singula sæcula ab Elia usque ad præsens ostendam continuatam successionem Religionis absque ulla interruptione, & cum in hac Religione gravissimi viri oruerint, S. Bertoldus primus. Generalis ex Latinis anno 1141. qui solebat, quod *Beatam Virginem*, ut Matrem, veneratur, & S. Eliam, ut Patrem, S. Cyrillus secundus Generalis, qui composuit de processu Ordinis Carmelitani,

S. Brocardus, qui moriens convocatis fratribus eos est exhortatus, quod recordarentur se ipsos esse filios magni Parentis Elia, ut ejus vestigia sequerentur. S. Angelus, S. Albertus, S. Simon Stoch, S. Avertanus, S. Petrus Thomas, S. Andreas Corfinus, & alii innumeri, quod si in hoc aliquis subisset error, & falsitas & illum semper sustentarent, & nunquam emendarent valde difficile creditu est.

Quinto multis visionibus apparuit. Elia habitu Carmelitano indutus, & Venerabili Beatrici fundatrici Conventus Hispaniensis, & Venerabili Catharinæ de Cordone, & Venerabili Annæ à S. Bartholomeo, de sanctitate, & virtute harum trium magnum præbet testimonium S. Theresia, quod omnes tres testificatæ sunt, ipsum vidisse habitu Carmelitano, & pallio albo, quod cum suis Autoribus retuli citata resol. 1. q. 1. n. 15.

Dorotheus à S. Renato commentario in Apocalypsim lib. 2. q. 10. sect. 3. inter varias visiones, quas refert de S. Elia, unam singulariter hic adducam quod cum in civitate Mechliniensi anno 1580 Hæretici Anglici intenderent destruere Conventum Carmelitarum S. Elia peculiariter consecratum, super conventum apparuit quidam senex venerandus habitu Carmelitano indutus, extensa manu cum gladio, unde Hæretici magno correpti metu in fugam agitati sunt, & ex habitu, quo apparuit recte colligitur vestis, qua in hoc sæculo utebatur, ut dixi citato loco ex Samuele veniente Epho linea.

Sexto ex testimonio magnorum Sanctorum, ac gravissimorum Doctorum, apertè pro hac nostra sententiâ stant Bertholdus, S. Brocardus, S. Cyrillus Constantinopolit. citati in hac q. S. Petrus Thomas lib. de peccato Originali, his adde Seraphica S. Theresia ut refertur lib. Fundat. cap. 13. exhortans ad moderationem, paupertatem in ædificiis dicebat suis, *Versentur nobis ante oculos Viri nostri Fundatores, qui sunt Sancti illi Patres à quibus descendimus, quos per hanc paupertatis, & humilitatis viam ad Dei fruitionem pervenisse novimus.* S. Elia in Horeb & Elifaium cap. 27. de quodam Monasterio ait: *Aditus porro illius subterranus est veluti per Cavernam, qua speciem referebat ejus, in qua Pater noster Elia delinuerat, & idem ferè dicitur, cap. 28. & 29.*

S. Angelus, ut in ejus vita Enoch Patriarcha cap. 4. §. 6. refert cum vellet transire Jordanem ait: *O flumen vere Sanctum per signum, quod in te fecit Sanctus Pater Elia presente Elifai ad Paradisum per turbinem rofactus.* Mirabile dictu flumen divinum est, & sic ad suscitandum mortuum exorat: *Deus qui per meritum Patris mei Elia vidua filium suscitasti.*

S. Avertanus frequenter exorabat postulans partem spiritus Patris sui Elia, ad cujus exemplar totam suam vitam componebat, & sunt septem Sancti canonizati pro hac sententia citati resol. 1. q. 1. n. 3. 14. 15. 16. 17. 18. Multos, & graves Aucthores, & etiam ex omnibus Religionibus pro nostra sententia retuli, & plusquam centum, & quinquaginta possem adducere. Optimè ergo ait M. Joannes Carthagensis, quod in humanis nulla major veritas dari potest.

QUÆSTIO

QUÆSTIO IV.

Referuntur aliqua opinioniones, si dici possant opinioniones, & impugnantur cum sua objectione.

**30. Opiniones frivole Volater.** De his opinionibus jam egi opusculo 3. ref. 2. q. 2. hic vero repeto, ut solvam quandam Adversariorum objectionem, Volateranus in Tropologia lib. 2. ait, Religionem incepisse sub Alberto Patriarcha Jerosolymitano sub Honorio IV. an. 1286. D. Anton. 3. p. tit. 20. cap. 5. & alii principium Religionis assignant sub Innocentio III. qui convocavit Concilium Lateranense ann. 1215. Baronius tom. 12. ad ann. Christi 1181. dat principium Religionis sub Aymerico sine ullo Doctore, fundamento, sed tantum uno simplici verbo suo, unde bene ait Caramuel Episcopus Campaniens. *Sum jam assuetus Baronio non credere dicenti, & non probanti, citato loco à me adductus, & ex veris fundamentis.*

Et ibi has tres sententias impugnare & eas merito rejiciunt nostri Doctores per authentica instrumenta antiquissimorum Conventuum, v. g. Florentia anno 743. & Conventus Senensis anno 797. quas adducit Lezana ad citatos annos; Ego vero per Bullas Apostolicas has tres sententias rejicio ita ut nullum sit in eis probabilitatis vestigiū.

**31. Refutatur.** Summi Pontifices Stephanus V. qui floruit anno 818. Leo VI. anno 847. Adrianus II. anno 868. Sergius III. anno 907. Joannes X. anno 913. Joannes XI. anno 931. Alexander II. anno 1061. qui omnes septem Summi Pontifices concesserunt varias Indulgentias visitantibus Ecclesiis Fratrum Ord. Beatiss. Virginis de Monte-Carmelo in certis diebus Festivis. Has concessiones Apostolicas refert Sixtus IV. in sua Bulla 2. pro Religione Carmeli, & incipit. *Dum attendit quod Gloriosa, & etiam refert Gregorius XIII. in Bulla, ut Laudo.* & modo etiam Sanctissimus Dominus Clemens X. in Bulla, quæ incipit, *Commisita nobis divinitus data* 1673. die 8. Maii, quæ Bullæ authenticæ habentur in nostro Conventu Transpontino, ac in hoc Carmelo Olyssipone, & in Bullario Carmelitarum discalcear. fol. 117. & fol. 326. & apud Bullar. Rodrig.

**32. Bullar.** Ex his septem, Summi Pontifices Stephanus V. Leo IV. Adrianus II. ferè per trecentos annos habuerunt pontificatum ante Aymericum, & per trecentos quinquaginta ante Albertum, & Innocentium. III. & pontifices Sergius III. Joan. X. Joan. XI. suum pontificatum tenuerunt ante Aymericum excedens spatium plusquam ducentos annos, & ante Albertum, & Innocentium III. & Concil Lateranense ferè ducentos, & quinquaginta annos Alexand. II. floruit ante Aymer cum plusquam centum annos, & ante Albertum, & Innocentium III. ferè per centum quinquaginta annos Ecce per Bullas Apostolicas authenticas demonstratur, quod Religio Carmelitana per multa annorum sæcula respicendū ante Aymericum, Albertum, ac Innocentium III.

**33. Aperiè refutatur illa sententia.** Dicent fortasse adversarii, quod dum Summi Pontifices citati dicunt Religionem Ordinem propriè ac late loquuntur, quia Religio, & Ordo important vota; ergo cum tunc Ordo Carmelitarum se non haberet impropiè est Religio, & Ordo Responderit primo, quod verba Summi Pontificū in vero, & genuino sensu, ut ait commune axioma, ut late probat Barbosa Axiom. 222. n. 4. sunt accipienda, & intelligenda, inde Carmelitæ ab institu-

tione Elia habent vota, eaque maxime roborarunt ac firmarunt, & cum magna perfectione, ac majori, quàm antea erant, nempe in Ecclesia primitiva, ac Apostolorum tempore. Omnes enim Apostoli tria emisserunt vota, ut expressè docent D. Aug. de Civit. Dei c. 4. & in Pl. 131. D. Hieron. de Viris illustribus in Philone. D. Tho. 2. 2. q. 88. artic. 4. ad 3. Nam illi illuminati gratia Spiritus S. & doctrina Christi observarunt omnimodè omnem perfectissimam vitam juxta Christi documenta abnegantes semetipsos, cum abnegatione propriae voluntatis appetituum, ac temporalium, & ut optimi Magistri hanc suos discipulos docuerunt doctrinam, unde ait Paulus 1. Cor. 7. n. 7. *Volens autem v. s. omnes esse sicut me ipsum.* Unde de illis primis Christianis scribitur Act. 4. n. 32. *Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, nec ququam eorum quæ possidebat sum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* Unde D. Petrus, ut refertur Act. 5. n. 3. dixit Ananias: *Cur tentavit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui S. & defraudari de pretio agri, & venundatum in terra erat potestatem.* Significat quod venundatum antequam voverit in sua erat potestate, ut illo uteretur quoveller, at postquam emisit votum paupertatis jam non erat, & defraudans mentitus est Spiritui S. nam ex voto violato ipse, & uxor ejus in tam rigida mortis penam inciderunt, & hanc esse communem Patrum sententiam testatur Suarez tom. 3. de Relig. lib. 3. c. 3. n. 4. quibus accedunt Lyran. Menochi. Caiet. Lorin. Cornet. Tyrin. Menochi.

Ex quibus colligunt quod in primitiva Ecclesia omnes emittebant vota, perfecti omnia tria, alii verò unum, vel alterum; cum ergo filii Elia essent sub doctrina Apostolorum, imò eis maxime intimi, ut pote, ut ait Josephus Anthiochenus, Coadjutores Apostolorum in prædicatione Evangelica, absque dubio tria vota, quæ hauserant ex disciplina Elia, apostolorum doctrina magis corroborarunt, & ad majorem, atque excellentiorem perfectionem sublevarunt, & maxime documentis Sanctissimæ Virginis Mariæ omnium supremæ doctricis, ac Magistra in univèrsa probitate, virtute ac sanctitate, & perfectione, cujus colloquiis feliciter ipsi frui potuerunt, ut dicitur in Lectionibus, & postea habebant regulam Joan. 44. Cum votis ut patet ex ejus libro cap. 16.

QUÆSTIO V.

Ex tanta persistentiâ disciplina in filiis Elia colliguntur in eis vota.

**38. Hæc** quæstio est præcipua difficultas hujus Apologiæ, quam late tractavi in opusculis opusc. 3. resol. 3. per multas quæstiones, nunc vero præsens materia postulat eam iterum tractare supponendo alii qua ex dictis, & multa addendo, a que aliqua addendo per sequentes Sectiones.

SECTIO I.

Aliqua & valde communia supponenda.

Supponendum primo, quod in lege veteri valde communis, & frequens fuerit usus votorum, Levit. 27. n. 1. *Locutus est Dominus ad Moysen, dicens. Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Homo, qui votum fecerit, & sponderit Deo animam suam sub æstimatione dabit pretium, & latissimè agitur in toto capite de observatione voti, facto, vel faciendo,*

Num. 30. ciendo, & Numer. 30. n. 3. ubi dicitur: Iste est sermo quem praecepit Dominus. Si quis virorum votum Dño voverit, aut se constrinxerit juramento non faciat irritum verbum suum, & sibi circa votum multa dis- ponuntur n. 1. 6. & 8. & Deuteronom. 12. n. 8. & cap. 23. n. 21. & Ecclesiast. 5. n. 3. Quod vovisti Deo ne moreris reddere, Psalm. 75. n. 12. Vovete, & reddite Domino Deo vestro. Lorianus ibi ait: quod juxta Patres Latinos exponendus est de rebus, quas Lex non praecepit.

Veniamus ad magis particularia: Jacob edidit votum, Genes. 28. n. 20. Vovisti etiam votum, dicens, Si Dominus fuerit mecum, & custodierit me David, Gen. 28. Psalm. 21. n. 26. Vota mea Domino reddam, Psalm. 131. n. 2. Votum vovisti Deo Jacob. De aedificando Templo Jesse rediens victoriosus, Judic. 11. n. 30. Fecit sic, ut voverat. Anna Samuelis mater 1. Reg. 1. n. 11. pro obtinendo filio votum vovisti. Et Rex Asa reposuit in Templo, 3. Reg. 15. n. 1. Qua Pater suus voverat in domum Domini aurum, & argentum, & filii omnes Israel de populo pro restauratione Divinorum, 2. Paralyp. 31. n. 2. & 2. Obtulerunt que voverat Domino Deusuo. Et post decollatum Holofer- nem Judith. 16. n. 22. Obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas, imos & pessimum Absalon postulatit a Patre suo facultatem, dicens 2. Reg. 15. n. 7. Vadam, & reddam vota mea, que vovi Domino in Hebron. Similiter, & alii multi. Quae vota faciebant ad maiorem operis firmitatem, & obsequium Dei, ac majus meritum comparandum, ut notat Ovidius in 4. distinct. 3. proposuit. 8. & ait, Notum erat Judaeis, quod opus factum ex voto erat laudabilius, & magis placere Deo viderentur cum voto. Supponendum secundo est, quod in Elia, & Eliseo, ac filii Prophetarum dabatur eximia obedientia, paupertas, & castitas, ut late ostendi citato opusculo tertio, resol. 3. q. 6. & 7. ex Scriptura, & Patribus, multisque magnis documentis.

SECTIO II.

Triavota in Elia, ac filii eius asseruntur ex propria sententia.

43. Ad hanc veritatem de tribus votis in Lege veteri multa, & solida fundamenta ponunt nostri sapientissimi Magistri Petrus Munox. Franciscus, à S. Maria. Lezana, Petrus Vastelius, & Daniel à Virgine Maria? Vineae Carmeli, & Franciscus bonae Spei in suo doctissimo Armentario, quae fundamenta videnda sunt apud ipsos Autores, ex nostra tamen minima tenuitate sex ferè propono.

Primum fundamentum.

44. desumptum ex doctrinà d. Thomae 2. 2. q. 186. art. 6. ad primum, ubi docet, quod ad perseverantiam, consistentiam, ac perfectionem status Religiosi requiritur aliquod voti vinculum; quia cum natura humana sit valde inconstans, & mutabilis, nisi detur aliquod vinculum totum corrumpat, unde ait ipse Angelicus doctor, Non aliter homo potest totam vitam suam Deo exhibere, nisi per voti obligationem. Quod optime explicat Suarez tom. 3. de Religione lib. 2. cap. 3. n. 2. Cum hoc sit de re valde difficili, & de non necessaria sed voluntaria, nisi aliquo morali vinculo firmata sit, facile fluctuabit.

45. Atqui à raptu Eliae fluxerunt nonaginti sexaginta quatuor anni usque ad viros illos, qui ejus vesti-

gis institerant, de quibus est sermo in praedictis lectionibus approbatus à Sede Apostolica, ergo in eis intercessit aliquod voti vinculum cum perduraverit per ferè mille annos in tanta varietate Reipublicae Judaicae, & sub crudeli, & dira persecutione Regis Antiochi, ita ut nullus auderet aliquam legis observationem facere, ut infra dicam, ergo ad perseverantiam illius status per tantum temporis intervallum aliquod morale vinculum intercessit, quod fuit votum.

Secundum Fundamentum.

Et sanè apud me efficac, quod desumo ex doctrina Suarii tom. 3. de Religion lib. 3. c. 1. n. 2. Ubi ait, quod supposita fide lumine naturali notum est, melius ac perfectius esse servire Deo cum voto, quam sine illo; nam per fidem divinam cognoscimus quantum debemus Deo, ut Auctori naturae, & gratia; nam ab eo, ut Auctore naturae accepimus creationem, conservationem & multa bona temporalia; ab eo ut supernaturali habemus fidem, gratiam, remissionem peccatorum pro proprio sanguine, & hereditatem vitae aeternae, lex ergo naturalis dicitur, quod domino, à quo tot, & tanta bona recipimus, meliori & perfectiori modo, quo fieri potest, serviamus; hoc posito sic conficio argumentum.

Elias per lumen naturale cognovit melius, ac perfectius esse servire Deo cum voto, quam sine illo ergo suas virtutes voto firmavit. Antecedens patet ex dictis maximè cum lumen naturae mentis Eliae esset multum adjectum lumine divinae gratiae. Consequentia probatur, Eliae dicebat de se, Vivit Dominus ante cuius conspectum, 3. Reg. 17. n. 1. & iterum, 1. Reg. 18. n. 15. Vivit Dominus ante cuius vultum, 3. Reg. 18. n. 4. Hi sunt duo oliva, & duo candelabra, in conspectu Domini stant, sermo est de Elia, & Enoch, & quamvis illud vivit Dominus sit valde consuetum juramentum apud antiquos Patres, ut David 1. Reg. 16. n. 10. Vivit Dominus quia nisi Dominus percussisset eum, &c. Et iterum ibid. n. 16. Vivit Dominus, quoniam filii mortificasti. Et Jerem. 4. n. 2. Vivit Dominus in veritate; at Eliae amplius aliquid dixit, In cuius conspectu, Ex quo dicitur, quod semper Eliae se considerabat ante faciem, ac praesentiam Dei, ut inde se magis obligaret ad summam venerationem, ac perfectissimum obsequium omni meliori modo sibi possibili Deo exhibendum; ut exponunt Beda, & Richardus, & d. Athanasius in vita S. Antonii, & ait, Eliae dicebat, vivit Dominus in cuius conspectu, non computabat Eliae praeteritum tempus, sed tamen quotidie in certamine positus talis se praeberet, quale sciebat Dei dignum esse conspectibus, purum corde, & praepratum obedire voluntati Dei.

Atqui Eliae deprehendebat lumine naturali majorem venerationem, ac excellentius & perfectius obsequium Deo exhiberi cum voto, quam sine illo, ergo sine illo non se exhibebat coram Deo omni meliori modo sibi possibili nec talem se praebebat, quale sciebat Dei dignum esse conspectibus, nec verè diceretur de eo, quod surrexit tamquam ignis, Ecclesiast. 48. n. 1. devorans, & consumens omnes temporales affectus, ut majori luce replenderet ante conspectum Domini; maximè cum sciret, quod alii suas virtutes vita firmaverint.

Quod ergo tantus, & talis homo, ut Eliae cognosceret, ac intelligeret, quod melius, ac perfectius erat voto virtutes firmare, quam sine illo, & quod etiam videret, & sciret ex Scripturis, quod alii

50. Illatio ex antecedentibus. alii ad majorem perfectionem, ac firmitatem virtutes suas voto corroboraverint, ut Jacob, David, Anna Samuelis mater, & alii, & quod ipse suas operationes voto non stabiliret, rationabiliter videtur creditum difficile.

51. Forsthan dicent Adversarii, ut interloquendum multoties altatunt, quod Deus sua alta Providentia decreverit condere legem Evangelicam perfectissimam, & status Religiosus tribus votis est valde perfectus, ideo illum voluit reservare ad legem Evangelicam, & quod in nulla alia lege daretur.

Contra tamen, Magnum Dei donum est vivere per totam vitam in gratia, & amicitia Dei absque aliquo peccato mortali, ut communiter celebratur de Abel, ut pote primo Justo, primo Sacerdote, & Martyre Idem dicitur de Noè, de quo ait scriptura Genes. 6. n. 9. Noè vir justus, aequus perfectus in generationibus suis. Idem habetur de Abraham, qui ab Apostolo Roman. 4. n. 1. appellatur, Pater omnium credentium per fidem. Idem affirmatur de Isaac & Jacob, ac Job, de quo dicitur, Job. 1. n. 1. Vir simplex, rectus, ac tunc in Deum, recedens à malo, & Jeremia sanctificato in utero matris, de Daniele, tribus pueris, & Elia, ac Eliseo; Item insigniri corona martyrii, de quo ait Christus dominus Joan. 15. n. 15. Nullus majorem charitatem habet, quam ut ponat animam suam pro amicis suis.

Tunc sic perfectus, ac excellentius donum est totam vitam ducere in gratia, ac amicitia Dei, quod est donum confirmationis, vel insigniri corona martyrii; quam status Religiosus tribus votis; & tamen illud Deus dedit in substantia, & entitate Patribus antiquis, cur igitur negandum, quod dederit minus, ut status Religiosus in quo (vobis) multi gravia, & grandia peccata commiserunt, reservavit tamen Deus, ut illa in lege gratiae cum majori, excellentiorique perfectione, ac majori gratia darentur.

Tertium fundamentum.

52. Communiter sancti Patres, quos adduxi citato opusculo 3. Resol. 3. quaest. 9. n. 75. ut D. Gregor. Nazianz. D. Hieronymus. D. Augustinus. D. Chrysostomus. noster Insignis Vualden. Tres Cardines Cajetanus, Damian. Bellarm. aliique multi, quos ibi citavi, argumentantes contra Haereticos vituperantes statum Religiosum ad eorum errores convincendos, opponunt Eliae, ac Eliseo; ergo in istis sanctis Prophetis agnoscent statum Religiosum, non tamen tanta perfectione, ut in lege Evangelica. Quo posito, sic facio argumentum.

Sancti Patres argumentantes contra Haereticos non opponunt contra eos, id quod ipsi approbant, & laudant, sed id, quod damnant, reprobant, & condemnant; atqui haeretici laudant, & approbant vitam in Caelibatu, ac in solitudine, & asperitate, & damnant statum Religiosum cum tribus votis, ergo quando opponunt contra eos Eliae, ac Eliseo non solum agnoscent in eis Caelibatum, atque austeram vitam, sed etiam monachatum cum tribus votis. Major est certa, consequentia recte colligit, minor in qua est tota vis argumenti probatur, quia Elisabeth Regina Angliae solebat dicere, quod plus gloriabatur de sua virginitate, quam de corona Regni; & apud ipsos haereticos, qui vivunt in multa austeritate, & penitentia, & vocantur rigidi Calvinistae, rigidi Lutherani, ut testatur Hortus Pastorum, & apud Mauros vocantur Me-rabeos: ergo quando Patres, & Doctores opponunt contra Haereticos Eliae, & Eliseo, non

est ex calibatu, & ex austeritate, sed ex statu Religioso.

Respondent adversarii, quod omnia illa, testante Apostolo, Contingebant illis in figura, & proinde, quod adducitur status Eliae, & Elisei tantquam umbra, & figura status Religiosi, non quod in illis verus daretur, & ex hoc capite multa congruit in nos argumenta, asserentes, quod in illis tantum erat figura, & nihil reale.

Primo contra, & diligenter adverte; Quamvis illa in Patribus antiquis essent umbra, & figura, tamen in se ipsis cum omni proprietate, & rigore erant entia realia, veraque realitates; nam martyrii erant entia realia, veraque realitates; tamen in lege veteri extitit figura martyrii legis gratiae, tamen extitit, & proprie martyrium, de illo ait Paulus Hebraeor. 11. num. 36. Alii ludibria, & verbera experti, insuper vincula, & carceres, labidari sunt, scilicet sunt, tentati sunt in occisione gladii, verè & proprie effuderunt sanguinem, & mortui tui sunt; Voluntaria paupertas antiqua extitit umbra, & figura paupertatis Evangelicae, & tamen extitit vera paupertas, dicente Apostolo Hebraeor. 11. num. 38. Alii circumierunt in melotus, in pellibus caprinis egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis. Glossa Interlinealis, & communiter Patres habent ibi, ut Eliae, & Eliseo, Ecce vera, & extrema paupertas, cum dicitur absolute egentes, absolute intelligitur de omni re, cibo, potu, vestitu, ac de loco, in quo reclinent caput, Remedium legis Naturae, ac Circumcisio erant figurae Baptismi, & tamen verè, & realiter erat quaedam caremonia, & praecedebatur particula carnis, & remittebatur peccatum originale, & dabatur gratia, Vota Jacob, Davidis, Annae, Asa Regis, ac Principum fuerunt figurae votorum legis gratiae, & tamen fuerunt vera, & realia vota, veramque, & realem obligationem inducerunt.

Dicuntur autem illa antiqua umbra, & figura per respectum ad magnam perfectionem, sublimitatem, ac celsitudinem, quam tales actiones obtinent, & consecuta sunt ex adventu Christi Domini dicente ipso, Veni, ut vitam habeant, & abundantius eis sit, exponunt à me citati tom. 4. in Evang. Joan. 10. cap. 19. ex p. 4. n. 39. D. Chrysostomus. D. Augustinus. Euthym. Theophylactus Beda gratiam, & vitam aeternam abundantius, quam antea habebant No-ster D. Cyrillus Alexandr. Abundantius habent multiplicem Sancti Spiritus donorum copiam, & plenitudinem ejus nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Explicat D. Chrysostomus in Catena receperimus novam gratiam cum plenitudine ejus pro gratia, quae dabatur antiquitus, non tamen cum plenitudine ejus.

Christus Dominus veniens in hunc mundum lux fulgentissima, quae totum mundum illuminavit sua praesentia, suaeque doctrina, omnes direxit, & quantum est ex se omnes sublevavit ad Caelum exemplo suae humilitatis, paupertatis, patientiae, ac obedientiae usque ad mortem D. Cyrillus Alexandr. D. Chrysostomus. D. Augustinus. D. Paschasius, notant ex illo, quod dicitur de Christo Domino moriente, Tenebrae factae sunt super universam terram, terra mota est, & petra scissa sunt. Matth. 27 num. 45. & 51. cuius erit mens, quae considerata Christi morte non obscuratur, ac tenebretur ad omnia temporalia, ut illa despiciat, cuius animus non tremat, ac contremiscat tantum Dominum offendere, & cuius cor ex